Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38301
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



tamen quia ipsa uoluntas quam mihi indicat lat & sensum corporis
& animi mei · credo non uideo · Aut si eum mentiri existimo non credo ·
& si fosteut dicit ita sit · Creduntur ergo illa · quae absunt a sensib:
nr̄is · si uid & uri doneum quod eis testimonium ꝑhib & ur · Uidentur
autem quae praesto sunt · unde & praesentia nominantur uel animi
uel corporis sensibus · Nam cum sint quinq: corporis sensus · cernendi ·
audiendi · olfaciendi · gustandi · tangendi · uisus quidem in eis praeci
puae oculis attributus ē · Uerum tamen · hoc uerbo utimur & in cae
ris · Neq: enim tantum dicimus uide quid luceat · sed & iam uide quid
son & · uide quid oleat · uide quid sapiat · uide quid caleat · Nec
quia dixi ea credi quae absunt a sensib: nr̄is · sic accipiatur · ut inter
illa deputentur quae aliquando uidimus & nos uidisse reminemus ·
cestique sumus · quamuis tunc non praesto sint cum recoluntur
a nobis · Neq: enim intercredita · sed inter uisa deputantur · & ideo
nota sunt · Non quia fidem habuimus aliis testib: sed quia nos uidisse
sine dubio recordamur & scimus · Constat igitur nr̄a scientia ex uisis reb:
& creditis · sed in his quae uidimus uel uidemus nos ipsi testes sumus ·
In his autem quae credimus aliis testib: mouemur ad fidem · cum earū
rerum quas ne cuidisse nos recolimus ne cuidimus · dantur signa
uel in uocib: uel in litteris uel in quib: q: documentis · quib: uisis non
uisa credantur · Non autem in merito scire nos dicimus · Non solū
ea q̄: uidimus aut uidemus · uerum & illa quae idoneis ad quam querē
commoti testimoniis uel testib: credimus · Porro si scire non incon
gruenter dicimur & iam illud quod cestissimum credimus · hinc
factum ē · ut & iam recte credita · & si non adsint sensib: nr̄is ·
Uidere mente dicamur · Scientia quippe menti tribuitur · siue per
corporis sensus · siue ꝑ ipsum animum aliquid perceptum cognitū
que reineat · & fides ipsa mente utiq: uid & ur · quamuis hoc fide
credatur · quod non uid & ur · Unde apostolus p & rus dicit ·
In quem modo non uidentes creditis · & ipse dn̄s · Beati qui non uider̄ ·